

## HIS SENTENTIIS CONSOLATORIIS NECES-

sario subiciendos esse ducimus locos nonnullos in-  
signiores Patrum precipuorum de  $\sigma\omega$   $\alpha\tau\iota\kappa\eta$   $\tau\alpha$ -  
 $\rho\sigma\iota\alpha$  & reali  $\kappa\omicron\lambda\upsilon\omega\iota\alpha$  corporis & sanguinis Chri-  
sti in cena Dominica, in qua Christus secundum  
utramq; naturam præsens adest: idq; facimus in  
usum studiosa iuventutis passim neglecta, alicubi  
etiam tetricis opinionibus infecta, & quantum à  
pijs fieri potest, ad fontes salutare reducere:  
qua de re tamen, & actionibus sæpenumero, etiam  
nostra ætate institutis, seorsim & ordine agemus,  
Deo iuvante, aliàs, ut Historia consideratio fidem  
veram & pietatem in nobis excusetet & confirmet.  
Etsi enim fides nostra non pendet à verbis homi-  
num, & autoritate docentium, tamen cum res,  
quæ in sacris literis proponuntur, fideliter ab illis  
explicantur & illustrantur, consensu inculpabili  
delectamur & confirmamur merito. Oro autem  
propter gloriam Dei & propter nostram salutem,  
propter quam Filius Dei exinaniens seipsum, de-  
scendit de caelis in abyssum nostrarum miserrarum,  
& Homo factus est, & arctissima ac reali Unione  
copulavit sibi nostram naturam hypostaticè, &  
huius infirmitates assumpsit sine peccato, ne novi-  
tatum auidi excutiamus & amittamus antiquum  
dierum, & Dominum nostrum Iesum Christum,  
sed agamus ei gratias pro patefactione, institutione,  
certitudine